

UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 01660182 5













EDMUNDI CASTELLI
LEXICON
SYRIACVM

EX EIVS LEXICO HEPTAGLOTTO

SEORSIM TYPIS DESCRIBI
CVRAVIT

*ATQVE SVA ADNOTATA
ADIECIT*

JOANNES DAVID MICHAELIS.

PARS PRIMA.

GOETTINGAE
SVMTIBVS JO. CHRIST. DIETERICH.
MDCCLXXXVIII.

3670
576190



P R A E F A T I O.

Quod superiore seculo, anno 1669, Londini prodiit, Castellii lexicon Syriacum, pars tum Heptaglotti, eximium mihi, ac praecipuum magni illius operis visum fuisse, multos iam ante annos in praefatione Chrestomathiae Syriacae praemissa testatus sum: milles consului, maximasque immensae eruditionis incredibilisque diligentiae viro, illo utens atque ex eo proficiens, gratias habui. Hoc quidem lexico syriacorum librorum lector, carere omnino non poterat, vnicumque adeo erat, quod consulentem non facile destitueret, omnes vsque ad illum annum notas linguae syriacae opes complexum: egregium enim Schaafianum, quod in verbis, in quibus comparari possunt, Castelliano plerumque praetulerim, solas Noui Foederis voces explicandas fuscipit, quos inter angustos limites philolo-

giam Syriacam subsistere, publice non vtile. At latebat, sepultum prope, in magno lexico Heptaglotto, bibliorum Polyglottorum Londinensium adpendice, quod pauci admodum nancisci poterant, certe non illi, qui literis syriacis discendis in academiis operam dabant: magno studii linguae syriacae impedimento. Ex tabulis novi foederis, exiguas admodum verborum copias complexis, nemo discere linguam potest, nisi perquam egeat; ad has tamen scolas pleraque lexica pertinebant, quae emi a discantibus poterant. Prisci foederis versionem syriacam, aut ipsos scriptores Syros, legere cupiens, Castellum consulere necesse habebat, ad quem si non daretur aditus, vel illi, qui in academiis syriaca didicerant, sine doctoris viva voce ultra se proficere posse desperantes, totum studium abiecerunt, magno eruditionis damno, eorumque, quae didicerant, sensim obliti sunt. Ergo iam ante viginti annos consilium ceperam, illud seorsim edendi, meis qualibuscunque adnotationibus adspersis, adfulgebatque spes: sed casu non vno fuit irritum. Iam impensis Dieterichi nostri, insignis bibliopolae, cupientis et audentis de re publica eruditorum bene mereri, prodit, et vero ipso illo decennio, quo multa alia literarum syriacarum amatores nacti sunt aut brevi proditura sperant, Philoxenianam N. T. versionem, Pentateuchum seorsim editum, Hexapla syriaca, Abulfargii chronicon.

Viginti et quatuor per annos, quibus ex hereditate Patris mea fuerunt biblia Polyglotta, (antea enim exemplo bibliothecae academicae, aut alio commodato, vti necesse fuit) multa huic lexico, quod charta pura inserta distinctum compingi feceram, adnotavi, aliqua et antea pater meus ad marginem, plerumque dubitans, sed deliberatu digna; eos enim libros syriacos, ex quibus plura excerpere potui, nec ipse habebat, nec perquam modica bibliotheca academica Halensis, non Assemani bibliothecam Orientalem, non Ephraemum Syrum. Haec quidem omnia, atque alia, quae inter edendum occurrebant, adieci. Nec quidem eum laborem suscepi, vt lexicon aut nouum conderem, aut Castellianum plane perficerem, libros syriacos hunc in finem perlegerem, calamumque in manu habens expilarem: ergastuli hoc dixerunt opus esse, nec conscius mihi sum, aliquid me, breuibus, Gyaris aut carcere dignum patrasse: sed quae primo mihi annotaueram, (pro more id quidem meo, quem aliqui forte reprehendent, libris meis familiaribus non pauca adscribendi) quaeque praeterea succurrebant non anxie quaerenti, addidi, iam supplens Castelliana, iam emendans, iam et sine certo exemplo dictis auctoritatem addens, siue exempli, siue Barali, cuius lexicon nostra bibliotheca habet. Hoc et faciebam, vbi vnicum Castelli exemplum rem non perficere videbatur, aliudque, maxime vbi certius, suppetebat.

Paucis exceptis, ubi silens corrigere Castellum ausus sum, ut, cum in numeris capitum versuumque manifesta animaduertissem vitia typographica, aut ubi exemplorum numerum vnico non plane necessario auxi, mea a Castellianis, cancellis, id est, his signis [] seiunxi, idque plane duxi necessarium factu, licet aliqui ex amicis, hortatores etiam operis exteri, eiusque editionem curamque omnem extra Gottingam benevolentissime suscepturi, suaderent, atque adeo vrgerent, mea Castellianis infererem, atque vnum totum opus facerem. Cur ab illis dissenserim, expono, ipsisque rationem facti reddo, quam ab illis probatum iri prope confido. Primo non totum lexicon reformandum suscipere poteram, septuaginta annos natus, atque ad sepulcrum declinans, immensus ille labor, et quem semper, (condonetur desidiae!) iuuenis etiam exhorruui: deinde praecipua laus lexici Castelli haec est, quod omnia multorum lexicographorum congeffit, ipse quidem non semper iudicans, sed arbitrium lectori permittens, additis auctorum nominibus, ita ut nil bene aut male ab illis dicti pereat; donec aliquis aliquando, in ergastulo, aut Gyaris, aut casu, perfectius et emaculatum lexicon condatur. Nam ergo in hac totius lexici informatione non modo lectoris interest, scire, quid dicatur, sed et, quis dixerit, et quo argumento, quo exemplo, qua auctoritate. Nebulas hic omnibus Castelli dictis offudissem, lucis adfundendae cupidus, si

mea miscuiffem: totum adeo lexicon transfundendum nouam in formam fuiffet, ne male mea sine nomine eiusque indicio Caftello cohaerent. Quis enim lectorum tulerit, in Caftelli lexico, fi adhuc Caftelli eft, citari, quae centum poft obitum eius annis euulgata funt, Affemanni bibliothecam Orientalem, meamque ex illa fumtam chreftomathiam, verfionem N. T. Philoxenianam, Hexapla Origenis fyriaca edi coepta, alia? Adde, quod et contradicendum nonnunquam Caftello, nec tamen audacter, quod Caftellus, vir magnus fcripferat, delendum.

Gratum fe facturum fperans lectoribus, eorumque oculos fubleuaturus, typographus cuius fumtibus et typis hoc lexicon defcribitur, verbis fyriacis iungi curauit eorum interpretationem latinam, in Caftelli Heptaglotto ab illis diuulfam, numerisque indicibus operofe quaerendam, verba etiam quae explicantur fyriaca in initio verfus poni, cum in Heptaglotto vna ferie ac linea continuata confequantur, numeris modo diftincta, denique et verba ad eafdem literas radicales pertinentia, a praecedentibus et fequentibus, linea ducta, diftingui. Plusculum quidem spatii et chartae requirebat, fed facilius eft vfu et expeditius, fperoque, gratiam me apud lectores initurum, fi profitear, fuaforem fuiffe. Plusculum quidem argenti impendendum, fed quibus id difplicuerit, nummos qui malint quam

oculos feruare, eorum gratia habita non delectarer, nec non habitam aegre tulerim, illis Castellum non edidi.

Multo perfectius proditurum lexicon erat, in biennium adhuc differre si potuiffem, exque libris syriacis, quos nondum habemus, sed intra illud tempus exspectamus, locupletius. Prodire coeperunt Norbergii insigni beneficio, cura, sumtibus, Hexapla syriaca, multam lucem lexicographo praeferebat, ex Graeco enim verbo satis liquere solet, quid Syriacum pro illo positum significet; sed horum non nisi 56 paginis primis, X aut XI Jeremiae capita habentibus, uti potui, ab editore mihi speciminis loco missis, quas et legi et explaui: nunc demum, haec dum scribo, totum Jeremiam et Ezechielem nanciscor. Breui prodibit Abulfaragii chronicon, Brunfii manu descriptum, cura, typis, et sumtibus Kirschii, quod nondum legere, necdum ex eo ditare lexicon potui. Sed differre in illud tempus editionem Castelli nolui, primo, quod opportunitate edendi, et voluntate bibliopolae typographique, Dieterichi, utendum existimarem, ne elaberetur semel iam elapsa occasio, post centum ac nouendecim demum annos Castelli lexicon, et vero auctius, cupidis dandi; deinde, quod plusquam septuagenario perquam incerta spes esset ad illum vsque annum viuendi, atque, si mors intercessisset, ea quae Castello adnotaueram, interitura videbantur. Accedebat, quod ipse,

qui

qui opus suo sumtu imprimendum susceperat, Dieterichus, rem differri nollet, sed festinari, ne quid noui impedimenti intercederet; haberetque, quem non semper habere contingit, typothetam, qui Syriaca legere nosset. Illorum tamen, quae ex his aliisque monumentis syriacis eruere intra biennium dabitur, iacturam non facient lectores: adnotabo enim et illa, et alia plura, huic lexico, cui ipsi, vel dum prelo exercetur, non pauca iam manu mea adscripti; haecque omnia, si annum ab hoc tertium 1791. viuendo attigero, vt supplementa lexici prodibunt, ante illum si ab his mortalium euocatus laboribus ac lusibus ad illum locum fuero, vbi lexicis non opus, mea manu adscripta ab alio, vt confido, euulgabuntur. Scribam autem ita, vt euulgari possint.

Emendationem schedarum typographicarum suscipere ipse non potui, oculis iam minus vegetis, nec omnes typographi lapsus animaduersuris: sed huic oneri magna beneuolentia successit collega venerabilis THOMAS CHRISTIANVS TYCHSEN. Hortator hic maxime fuit lexici et edendi et festinandi, quod eo carere linguae literarumque Syriae cupidos aegre ferebat: cum instaret, remque vrgeret, respondi, ante plures annos, cum primum editionem meditarer, illam me perficere potuisse, iam oculos me hebescentes destituere, nec audere me operarum menda corrigere, quae infinita futura et grauia videantur in libro tot siphra numerorum

haben-

habente; in his lapsum esse facillimum, sed errorem grauissimum. Id vero eo pertinuit, vt ipse hunc in se molestum quidem laborem vltro fusciperet, nec meas in corrigendo partes vllas esse vellet. Arripui quod obtulerat, promisi sic editionem libri, suoque ipse promisso stetit. Quod ergo correctâ prodit editio lexici Castelliani, eorumque adeo, quae adieci, (non quidem credo sine omnibus naeuis, id enim quis vnquam mortalium aut sperarit, aut praestiterit?) Tychsenio gratiae habendae, non mihi.

Plura sunt, quae lectorem scire cupio, quod illis ignoratis ne hoc quidem lexico recte vti possit: de Castelli ipsius lexico, eius consilio, elaboratione, fontibus ex quibus hausit, praestantia, naeuis, meis etiam additamentis, maxime de Barbahalul et Barali, quorum nomina qualibet pagina recurrunt. Sed his video praefationem non sufficere, seruo ergo peculiari paucarum paginarum dissertationi, eadem, qua lexicon, forma, sed seorsim edendae, quam lectores, si lubuerit, ement, huicque lexico subiungent.

Secunda pars lexici, literas reliquas vsque ad finem habens, prodibit Junio mense huius anni. Feruere opus in typographeo testor. Gottingae die 30. Jan. 1788.

JOANNES DAVID MICHAELIS.

INDEX CASTELLI
COMPENDIORVM SCRIPTIIONIS
QVIBVS IN SVO LEXICO VSVS EST.

<i>Acc.</i> Accusatiuus casus.	<i>Denom.</i> Denominatiuum.	<i>Pass.</i> Passiuum.
<i>Act.</i> Actiuum, s. Verbale nomen.	<i>Der.</i> Deriuatiuum.	<i>pec.</i> peculiariter.
<i>Adverb.</i> Adverbium.	<i>Dim.</i> Diminutiuum.	<i>Perf.</i> Perfice.
<i>Ag.</i> Agens, s. Participium actiuum.	<i>Dipt.</i> Diptoton.	<i>Pl.</i> Plurale.
<i>Af.</i> Affixum.	<i>Emph.</i> Emphatica.	<i>Pl. pauc.</i> Plurale paucitatis.
<i>al.</i> alius.	<i>ets.</i> et similia.	<i>Pl. mult.</i> Plurale multitudinis.
<i>An. Aeth.</i> Animaduersiones Aethiopicae.	<i>ex. al.</i> exemplar aliud.	<i>Plp.</i> Plurale Pluralis.
<i>An. Sam.</i> Animaduersiones Samaritanae, utraeque in sexto Bibliorum Tomo.	<i>F.</i> Ferrarii lex. Syriacum.	<i>Pl. san.</i> Plurale sanum.
<i>ap.</i> apud.	<i>f.</i> foemininum.	<i>Poss.</i> Possessiuum.
<i>Aq. Ph.</i> Aquinas Lexicographus Chald.	<i>fi. sine.</i>	<i>praec.</i> praecedens.
<i>BB.</i> Bar Bahul.	<i>fo. forte.</i> fr. forma.	<i>prop.</i> proprie.
<i>Bc.</i> D. Bunclie, qui perhumaniter mutuo mihi commodabat msc. Iudicum, Sam. etc.	<i>Fut. A. I. O.</i> Futurum in Fatha, Kesre, Damma.	<i>prox. seq.</i> proxime sequens.
<i>Bd.</i> Cl. Bedwellus.	<i>G. D.</i> Golius.	<i>pt.</i> potest.
<i>Bx.</i> D. Buxtorfus.	<i>GF.</i> Guido Fabricius.	<i>Prov.</i> Prouerbiuum.
<i>c</i> cum.	<i>Gg.</i> Giggeius.	<i>q.</i> quia.
<i>cca.</i> construitur cum Accusatiuo.	<i>Gent.</i> Gentile nomen.	<i>q d.</i> quasi dicas.
<i>ccg.</i> construitur cum Genitiuo.	<i>Gl.</i> Glossa.	<i>qs.</i> quasi.
<i>ccga.</i> construitur cum gemino Accusatiuo.	<i>H.</i> Hebraeus.	<i>Rn.</i> Respondet.
<i>cap.</i> cum Accus. personae.	<i>h. e.</i> hoc est.	<i>s. sub.</i>
<i>car.</i> cum Accus. rei.	<i>IL.</i> D. Iobus Ludolfus.	<i>f. suae.</i>
<i>CL.</i> Cohen de Lara.	<i>Impers.</i> Impersonaliter.	<i>sc.</i> scilicet.
<i>Col.</i> Collectiuum.	<i>in.</i> initium.	<i>seq.</i> sequens.
<i>Comp.</i> Comparatiuum.	<i>Intrans.</i> Intransitiuum.	<i>sign.</i> significatione.
<i>Cn.</i> Constructum.	<i>m.</i> masculinum.	<i>Sing.</i> Singulare.
<i>conv.</i> conuenit.	<i>Maf.</i> Mafius.	<i>Superl.</i> Superlatiuus.
<i>DD.</i> D. Dershouis.	<i>MF.</i> Mafii peculium.	<i>T.</i> Talmud.
<i>DP.</i> David de Pomis.	<i>Mafd.</i> Mafdid, s. Arab.	<i>TH.</i> Talmud Hierosolymitanum.
<i>Def.</i> Defectiuum.	<i>Infitiuus</i> modus.	<i>Transf.</i> Transitiuum.
	<i>med. Phat.</i> Kesr. Dam. h. e. media radicali in Praeterito, habente vocalem Fatha, Kesre, Damma.	<i>Transl.</i> Translatio.
	<i>Met.</i> Metaphorice.	<i>v.</i> vide.
	<i>No.</i> Nomen.	<i>v. versus.</i>
	<i>No. Vn.</i> Nomen Vnitatis.	<i>V. Lec.</i> Variarum Lectiones, in sexto Bibliorum Tomo.
	<i>Opp.</i> Opponitur.	<i>VL.</i> Vulgata Latina.
	<i>Part.</i> Participium.	
	<i>PB.</i> Participium Benoni.	
	<i>PP.</i> Participium Praeteritum.	

אֲחִיזָא claudicatio.

אָפַּי perit, amissus est. *Jes.* 57, 1. 1 *Corinth.* 10, 10. *Part.* אָפַּי
Luc. 15, 17. *Joh.* 6, 27. *Plur.* 2 *Cor.* 2, 15. *Matth.* 9, 17. *Aff* *Matth.*
 8, 25. *P. P.* *Iob.* 30, 2. אֲחִיזָא Infandus. *Pl.* *Sap.* 14, 27.
Fut. *Matth.* 5, 29. 30. *Aphel.* אָפַּי perdidit, interfecit. *Matth.* 22, 7.
Pf. 9, 6. 7. *Part.* אָפַּי perdens. *Part. Pass.* אָפַּי perditus.
Inf. *Marc.* 3, 4. *Fut.* *Math.* 10, 28. *Ettaph.* אָפַּי amissus, per-
 ditus est.

אָפַּי *Plural* אָפַּי res perdita, perditio. *Lev.* 6, 3. 4. *Deut.* 22, 3.

אָפַּי perditio, exitium. *Matth.* 26, 8. *Joh.* 17, 12.

אָפַּי idem B. B.

אָפַּי i. q. *Arab.* نوار *Nouar. Thes. Ar. Syr. Lat.* 207.

אָפַּי destructio, perniciēs.

אָפַּי patrem fecit. *Ithpeel* אָפַּי * pater factus est. B. B. *Ethpa.* אָפַּי
 Id. F.

[* Potius, אָפַּי. Verbum non est primitivum, sed denomina-
 tivum ab אָפַּי sequente.]

אָפַּי cum puncto infra. Pater naturalis, seu carnalis. *Pl.* אָפַּי

Matth. 23, 30. 32. אָפַּי punct. supr. pater spiritualis. *Act.* 7, 2. *Pl.*

אָפַּי. * Est etiam naturalis 2 *Par.* 25, 28. אָפַּי pater lu-

minum, dicitur de deo, de Jole, et de prophetis, אָפַּי

Act. 2, 29. patriarcha.

[* Nullum est discrimen inter vtrumque pluralem אָפַּי et אָפַּי,
 vt recte deinde innuit Castellus. Plura si quis exempla cupiat pro-
 miscui vsus, inueniet apud Schaafium. Occasionem hoc discrimen
 confingendi dedit grammaticis Syrorum locus. *Hebraeor.* XII, 9.

אָפַּי]

|זֹחֵם| paternitas spiritualis: * aliquando, sed minus accurate, naturalis; cum puncto infra, naturalis, seu carnalis tantum.

[* Eph. III, 15.]

|חֲנֹנָא| miser, pauper.

|חֲנֹנָא| obolus. Vide et |חֲנֹנָא|

|חֲנֹנָא| rillum, quo vomer raditur, et inhaerente terra liberatur. It. trulla caementarii. 1 Sam. 13, 21. Stimulus ferreus. |זֹחֵם| victores, mediatores. *Novar.* 346.

|חֲנֹנָא| v. |חֲנֹנָא|

|חֲנֹנָא| v. |חֲנֹנָא|

|חֲנֹנָא| gallus gallinaceus, superbo gradu incedens, et bicristatus. Prov. 30, 31. *Aliis aries, et |חֲנֹנָא|, inquit Bahhul: vox cuius mihi nondum reperta est significatio, forte i q. |חֲנֹנָא| camelus.*

|חֲנֹנָא| tristatus est. P. P. |חֲנֹנָא| lugens * Genes. 37, 35. Esth. 6, 12. *Plur.* Marc. 16, 20. *Ethpe.* |חֲנֹנָא| tristatus est. 1 Sam. 15, 34. *Fut.* Apoc. 18, 11. *Partic.* 1 Sam. 16, 1. *Ethpaal* |חֲנֹנָא| Genes. 37, 34. Luc. 6, 25.

[* Sensu ecclesiastico frequenter ponitur pro, *ascetice lugente*, i.e. *valde pio*: (busfertig, fromm). Pag. 79. chrestomathiae, in carcerem coniecti dicuntur decem monachi |חֲנֹנָא| |חֲנֹנָא| boni et *compuncti*.]

|חֲנֹנָא|, |חֲנֹנָא|, |חֲנֹנָא| luctus, tristitia. 1 Cor. 5, 22. Jac. 4, 9.

|חֲנֹנָא| grex, agmen, *pec.* camelorum. Jef. 60, 6. *It.* caterua, coetus. *Plur.* |חֲנֹנָא|

|חֲנֹנָא| idem. B. B. *Etiam* |חֲנֹנָא| vel |חֲנֹנָא|. *It.* |חֲנֹנָא| vestibulum, Nov. 310.

|חֲנֹנָא| porta. *

[* Ephrem Syrus ad **ܐܘܠܐܢܐ ܕܢܘܢܐ** Dan. VII, 2. adscribit, *hoc est porta aquarum, vel secundum alios columnae*. Vide ibi LXX et Hieron.]
ܐܘܠܐܢܐ Gr. ὀβελός, obeliscus, nota, quam Origines in Hexaplis suis apposuit ad ea, quae LXX de suo addiderant in interpretandis bibliis.

ܐܘܠܐܢܐ fistula. B. B.

ܐܘܠܐܢܐ lapis. 1 Petr. 2, 8. Structura parua, calce compacta, vt, cippus, columella. *Item*, gallus, *i. q.* **ܐܘܠܐܢܐ**, teste B. B. **ܐܘܠܐܢܐ** horologium, (vt Chald. **ܐܘܠܐܢܐ**)

ܐܘܠܐܢܐ Ebenus, *arbor*. Novar. 288.

ܐܘܠܐܢܐ monachus, anachoreta. B. B.

[Abbas, vt puto, sed nomine honoratiore per adulationem sensim descendente ad alios.]

ܐܘܠܐܢܐ **ܐܘܠܐܢܐ** B. B.

ܐܘܠܐܢܐ Est nomen libri (vel dictionarii) **ܐܘܠܐܢܐ** *nom. prop. q. d.* auri regni (vel, regis auri) quod in 7 linguis ordinauit et contexit, Syriaca, Persica, Armenica, Segastanica, Marufica, (v. Euty. p. 55.) Graeca, et Hebraica.

ܐܘܠܐܢܐ *idem quod Chald.* puluis

ܐܘܠܐܢܐ filius factus est. [Denominatiuum a **ܐܘܠܐܢܐ** rectiusque ad illud nomen, quam ad radicem **ܐܘܠܐܢܐ** referendum.]

ܐܘܠܐܢܐ ala. *Af* Deut. 32, 11. *It.* stannum.

ܐܘܠܐܢܐ plumbum. Exod. 15, 10. *It.* scirpus, juncus B. B.

ܐܘܠܐܢܐ scirpus.

ܐܘܠܐܢܐ res pulchra, elegans, decora. B. B.

et ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ *Avicen.* Duffar. II. t. II, 214. *vide*
ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ. *Item Alkali fullonum. per* ⲡⲓⲗ *exponit B. B.*

ⲡⲓⲗ *Pl.* ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ f. *eclipsis.*

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ *ἀγλαοφωτίς*, stella terrae, *Arabibus* ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ. B. B. [i. e.
 talcum lapis, a naturae curiosis Arabico nomine sic dictus.]

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ stagnum, lacuna. *Pl. Af.* Exod. 7, 19.

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ *ἡγεμονική*, praefectura, administratio.

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ crater, lagena, hydria. Cant. 7, 2. ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ f. *patina. Plur.*

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ Joh. 2, 6. 7.

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ Spiritus Sanctus. *B. Seruschai apud B. B.*

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ et ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ laguncula, hydria parva et affabre facta.

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ *ἀγών*, *ἀγωνία*, certamen, sollicitudo. Sap. 4, 2. 1 Cor. 9, 25.
 Coloss. 2, 1.

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ agonista. *Pl.* ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ et ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ
 Pf. 64, 1. Pf. 117, 1. Pf. 141, 1.

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ Ignatius.

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ Pica. B. B.

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ *ἀγανώστης*.

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ coercens, cogens, angarians, B. B.

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ vir alterius fororis. F. *

[* Idem cum ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ, quod infra vide, et Rabinico ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ.]

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ lupina. B. B.

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ Helenium. v. *Avicen.* II. t. II. 650. Ar.

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ Eupatorium, *Arab.* ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ

ⲁⲓⲓⲗⲱⲥ

רוּחַ קֹדֶשׁ Spiritus sanctus, ἀγίον πνεῦμα, ו pro ד.*

[* Nempe errore librariorum, Jud et Nun centies centiesque confundentium. Rectius ergo scribi debuisset רֹחַ קֹדֶשׁ.]

שָׂכָר mercede contraxit, conduxit. Matth. 20, 7. *Inf.* Genes. 30, 16. *fut.* Matth. 20, 1. יָשָׁר locavit, mercede conduxit.

שָׂכָר mercatus est, quaestum fecit, negotiatione lucratus est, ad lucrum usus vel abusus est. Matth. 25, 16. 17. Luc. 19, 15. *imp.* Luc. 19, 13.

שָׂכָר merces, praemium. Matth. 5, 46. c. 6, 1. Heb. 10, 35. naulum Jon. 1, 3. *Af.* Gen. 15, 1. Mat. 6, 2. Rom. 4, 4.

שָׂכָר tectum. Matth. 24, 17. Luc. 5, 19. * *Af.* Exod. 30, 3. *Pl.* Mat. 10, 27. [* Vocabulum Syris frequens, sed forte exoticum, a Persico آجر tegula, later coctus imbrex. In ciuitatem etiam recepit Arabia.]

שָׂכָר lunaticus, *vid.* spiritus, qs. spiritus extra tectum degens. Mat. 17, 15. שָׂכָר * lunatici, *ad verbum*, qui extra tecta, *videl.* degunt. *V. Fulleri Misc sac. l. 2. c. 17 Vel, eo quod qui extra tecta sub lunae influentiis diu degunt, istius modi furore corripri saepe solent: vel sec. B. B. quia sunt daemones quidam, qui in tectis altisque locis manere, aliosque illuc ferre gaudent. v. Psellum de operat. daem. p. 44.*

[* Adscribo exemplum, Matth. 4, 24. ne sine auctoritate שָׂכָר cum praefixo Dolath positum videatur, suspicenturque lectores, שָׂכָר potius vertendum esse, *filius tecti*, i. e. lunaticus.]

שָׂכָר epistola. Act. 9, 2. 2 Cor. 7, 8. *Af.* 2 Cor. 3, 2. 3. *Pl.* 2 Cor. 3, 1. *Af.* 2 Thess. 3, 17.

שָׂכָר Agardaei. Dan. 3, 2. *

[* Positum pro אַרְרַגְרַיָא, quod vocabulum ignotum forte totidem literis initio scripsit interpres Syrus, a librariis deinde truncatum.]

שָׂכָר oleum. B. B.

ἰσοῦ | qui studio sapientiae se applicat ἄνευ | spontanee, liberrime, sine vlla coactione. *Atque hinc Salomonis nomen ἰσοῦ | Agur, Pro. 30, 1. B. B. cui Agur idem qui Salomon, et Iake i. q. David. It. platea, forum, mercatus.*

ἄγρο | ager, rus, oppidum. Mat. 27, 8. *Af.* Mat. 27, 10. *Pl.* Num. 35, 2. Jos. 14, 4. Zach. 2, 4. *Af.* Jos. 15, 32. 41. *

[* Ab ἀγρος ortum. ἰσοῦ | qui aedificatus dicitur a Nonno ad portam Edeffae, in chronico Edeffeno an. 769. (Chrestom. p. 62.) videtur significare hortos sub dio, sed porticibus cinctos, in quibus obambulari aegroti poterant.]

ἰσοῦ | subdiaconus, minister sacrorum, *pec. christianorum. Graece* Ἀγύουτης. B. B.

ἰσοῦ | mercenarius, Joh. 10, 12. 13. *Plur.* Mar. 1, 20. *Af.* Luc. 15, 19. *it.* catechumenus. B. B.

ἄνευ | liberrime, spontanee.

ἄγρο | Ἀγύρατος. Senii expers. B. B.

ἰσοῦ | quaestus, merces. Isa. 23, 28. Nummulus, drachma. *B. B.* 1 Sam. 2, 36.

ἰσοῦ | *id.* F.

ἰσοῦ |, ἰσοῦ | f. Ἀγύρος. Populus Graeca. F. Romana vel nigra. B. B.

ἰσοῦ | foenum. B. B.

ἰσοῦ | disceptatio, lis, contentio.

ἰσοῦ | mercator, negotiator.

ἰσοῦ | *et* ἰσοῦ | braffica. B. B.

ἰσοῦ | merces, stipendium. Luc. 12, 58. Rom. 6, 23. mercatus, negotiatio. Joh. 2, 16. quaestus, Act. 16, 16. *Af.* Mat. 22, 5. Act. 16, 19. 1 Tim. 6, 6. *It.* negotium, opus. *v. de Dieu* in Luc. 12, 58.

ἰσοῦ | *id.* F.

אֲלֻפִּי ל^א lupulus, conuoluulus. B. B.

אֲלֻפִּי vide אֲלֻפִּי

אֲוִלָּהּ olla magna, ahenum. *
[* Hebraeorum רור *]

אָבִי adduxit. *Conuenit cum אָבִי et Sam.* אָבִי.

אֲוִלָּהּ fouea plena igne.

[אֲוִלָּהּ, nomen proprium regis Cufchaei, qui victoria a Judaeis
Homeritis reportata christianam religionem suscepit. chrest. p. 17.]

אֲוִלָּהּ tenuis, mollis, tener. B. B.

אֲוִלָּהּ alumen rochae. *Novar.* 134. *Lepidium Perficum.* 349.]

אֲוִלָּהּ plaustrum caeleste, vrsa maior.

אֲוִלָּהּ zingiber. *Plur.* אֲוִלָּהּ fores, vel portae bipatentes.

אֲוִלָּהּ Iuncus, scirpus. *It.* fibra, filamenta nerui.

אֲוִלָּהּ homo, quisquam. *Genes.* 2, 7. *1 Reg.* 17, 32.

אֲוִלָּהּ terra, pec. rubra. * *Gen.* 2, 7.

[* Hoc, quod de colore dicitur, coniectura est etymologica, ex
lexicis Hebraicis tralatitia, nullo vsu firmata. Ipsum nomen Sy-
ris non vsitatum, sed modo *Gen.* 2, 7. pro אָבִי ponitur, quod
inde nomen אָבִי ortum putareretur.]

אֲוִלָּהּ terra rubra. Edom. Idumaea. *Isa.* 34, 6. *Etiam Roma: * alii*
a. Damascus. B. B.

[* Quod pro Roma ponitur, more id fit Judaeorum. Damascum
autem vbi significat, videtur per Risch scribendum: Damascus
enim Syriae metropolis ipsa nonnunquam Syria vocatur, Arabibus
شام, ac forte Syris אֲוִלָּהּ vel אֲוִלָּהּ]

אֲוִלָּהּ

אֲדוּמָי Idumaei. Isa. 34, 5.

אָדָמָס Adamas. Amos 7, 7. 8. *al.* אֲדָמָסִים *id.*

אֲדָמָנְטִינּוּס Adamantinus.

אֲדָמָנְטִינּוּס [seu potius in ft. emph. אֲדָמָנְטִינּוּס] similitudo. B. B.

אָזְנִי, אָזְנִי *f.* auris. 1 Cor. 2, 9. c. 12, 16. *Af.* Marc. 14, 47. Joh. 18, 10. 26. 2 Tim. 4, 4. *Pl.* Mat. 11, 15. Luc. 8, 8. c. 12, 3. *Af.* Gen. 20, 8. Mat. 10, 27. c. 13, 15. 16. Luc. 1, 44. *It.* oenophorum coriaceum F.

אֲדוֹנָי et אֲדוֹנֵי Deum. Pf. 5, 1. 2 Par. 20, 17. *

[* Non est vocabulum Syriacum, sed mutuum sumtum ex Hebraico אֲדוֹנָי, ac raro occurrens, ita fere vt nos Latine quoque aut Germanice *Adonai* diceremus, Deum Judaico nomine vocaturi, Iudaeosque imitaturi. Vide chrest. p. 30. vbi rex Iudaeus dixisse fertur, אֲדוֹנָי מִיָּמֵי אֲדוֹנָי, *iuro per Adonai*, et titulum psalmi 110.

de morte Adonai (אֲדוֹנָי) vbi אֲדוֹנָי sine dubio Christum significat, quem volebat tituli auctor non אֲדוֹנָי, vt est in textu masorethico, sed אֲדוֹנָי versu primo eius psalmi dici. Vide collegium criticum in hunc psalmum.]

אֲסֵפֶל ecclesia, congregatio: *Novar.* 92. 48.

אֲזִי et אֲזִי cumulus, cumulatio, congeries. *F.* area, fouea, fossa.

Plur. אֲזִי B. B. Num. 15, 20. Deut. 15, 14. Ruth. 3, 2. 3. 6.

אֲזִי m. Martius mensis. *

[* Dicitur ab אֲרִיר, ariete, in quem sol Martio mense ingreditur. Plura vide in dissertatione nostra de mensibus Hebraeorum § 6. num. 12. et supplementa ad Lex. Hebr. p. 25.]

אֲזִי * Cyclamen. Ar. اذريون

[* Suspicio אֲזִי scribendum esse.

אֲזִי Ἰδρόμελι.

יְצַיִן imago, * idolum quoddam. B. B.

[* Graecum ἀνδριάς.]

אֶרְוֹסִים Idρώς.

אֶרְכִּיטָא architectus. 2 Reg. 12, 12.

אֶרְוֹסִים et אֶרְוֹסִים Ὑδρόμηλον. B. B.

אֶרְוֹסִים aqua rosacea; *vel forte* vinum rosatum. B. B.

אֶרְוֹסִים herba, qua vtuntur fullones; smegma. *Affine est Gr. Ἀδραχὴν
sive ἀδαχία.*

אֶרְוֹסִים Acripus. lege אֶרְוֹסִים

אֶרְוֹסִים dissimulavit, conniuit. *F.* neglexit, socors, incuriosus fuit. B. B.

אֶרְוֹסִים dissimulatio. *F.* negligentia, incuria. B. B.

אֶרְוֹסִים eliso |, dissimulatio, conniuentia. *F.*

אֶרְוֹסִים fructus, emolumentum. Jud. 9, 13. 2 Reg. 18, 32. Rom. 1, 13.
c. 6, 21. *It. species, iuxta logicos. Modus, forma.* B. B.

אֶרְוֹסִים *Id. Pl.* אֶרְוֹסִים species. *In Barcepha, Adam imposuit nomina
אֶרְוֹסִים אֶרְוֹסִים omnibus speciebus animalium.*

אֶרְוֹסִים * species leguminis. *F.*

[* In Bar Ali punctatur אֶרְוֹסִים vt praec.]

אֶרְוֹסִים אֶרְוֹסִים Apage, apagesis, belle, belle! exacte, exacte! B. B. Euge, euge!
*Interiectio irridentis, * plerumque in orationibus iteratur. Fer.*

[* Est omnino interiectio irridentis, poni quoque solita pro Hebr.
אֶרְוֹסִים. e.g. Pf. 40, 16. Suspicio autem his potius vocalibus אֶרְוֹסִים
punctandum esse, vt naturalem sonum ridentis, Germanorum haha!
exprimat.]

אֶרְוֹסִים auis (*inquit B. Serushai*) quae nunquam dormit, Aedon. *Fer.*

וּלְ irrisit, ad leuia deduxit. *Aph. τοῦ ללל.*

וּלְ tabernaculum figens, inhabitans.

וּלְ fornicator.*

וּלְ adultera. B. B. * v. Ezech. 23, 4.

[* Male descriptum exemplum Barbahluli nactus est, aut non recte eum intellexit noster, id modo dicentem, Oholam et Oholiam duo celebria fuisse prostibula. Nempe nomen in bibliis Syriacis Ezech. 23. obuium suis interpretabatur. Vide Ephraemi comment. ad locum Ezechielis.]

וּלְ crocodilus, cetus, balaena.

וּלְ libidinosus, lasciuus. *

[* Vide וּלְ, sic enim rectius scribitur.]

וּלְ mentha. B. B.

וּלְ nomen idoli. B. B.

וּלְ Non. Matth. 11, 22-24. Luc. 10, 14. וּלְ idem quod וּלְ לחם et non vobis. *Ita etiam interpretatur Catena Patrum, ex qua multa collegit obseruatu dignissima, quorum nonnulla, quae saltem ad hoc opus spectant, mihi communicauit summa non minus eruditione quam nobili profapia Clariss. D. Loftusius. Aliis est, Quam: et constr. cum וּ: it. Si: ut Ar Sed, An num, numquid? Est etiam particula Affirmandi, et Intendendi: sic, ita, etiam; omnino, penitus. Interiectio denique indignantis, corripientis, sollicito curantis, (qualis fere apud Terentium Au. Andr. 4. 4. Dicturane quod rogo? Au! et Armen.) B. B. Aut, vel, siue. Cant. 2, 7.*

וּלְ O: particula vocantis. Pf. 115, 16. et 117, 25. Cant. 2, 7.

[Sumta particula a Graecis, quippe qua reliquae linguae Orientales carent. Ita tamen sensim percubuit in Oriente; vt vel Thren. I, 12. pro וּלְ aliqui veterum interpretum, demto וּ, particulam exclamandi O! aut legerent, aut legendam putarent. Vide supplem. Lex. Hebr. p. 36.

De signis diacriticis haec notat Schaafius: *lineola ducitur super Vau, םױ, ut ostendatur, hanc litteram minime pronuntiarī, et ut simul discernatur a particula antecedente םױ, cui punctum, si accurate scribitur, impenitur.* Addit idem loca: Matth. 15, 28. Actor. 7, 51. 1 Tim. 6, 11. 20. Jacob. 5, 1.]

םױ aequavit. Dignus, idoneus factus est. *Paal* םױ׳ coniunxit, concordare fecit. *Ethpa.* םױ׳׳ benevolus, coniunctus, copulatus est.

Part. Mat. 5, 25. [Chrestom. p. 35. lin. 2.]

םױ — םױ concors, vnanimis.

[םױ mansio, habitatio. *plur.* םױ׳ Occurrere videtur Jo. XIV, 2.

vbi vulgo legitur, םױ׳׳, posito Nun pro Jud. Vide Spicilegium geographiae Hebr. exterae T. I. p. 139. notam paginae subiectam.]

םױ׳ concordia, vnanimitas, consensus. Zach. 11, 14. 1 Maccab. 12, 10.

םױ׳ *idem.* 3 Macc. 3, 15. 2 Cor. 6, 16. Phil. 3, 16. 1 Petr. 3, 8.

םױ׳׳׳ consensus, pacificatio. *F.*

םױ׳ fouea. B. B. םױ׳ Pyra, Sorba, םױ׳׳.

םױ׳׳ quod illius est. Iterum, etiam, vbi.

םױ׳׳ Neque.

םױ׳׳ et םױ׳׳ *Non, non.* B. B.

םױ vnde Ethpaal םױ׳׳ * concupiuit, desideravit. Isa. 26, 9.

[* Melius םױ׳׳׳]

םױ׳׳, םױ׳׳׳ et םױ׳׳ vae tibi. םױ׳׳ *est etiam* albedo, vel genus piscium. B. B.

םױ arbor quaelibet glandifera, *pec. rhus, inquit Honain.* B. B.

םױ reuelatio Dei. *

[* Estne ex אַבִּיב *respondit, a r. אַבִּיב?*]

עֵץ אֵילָנִים populus arbor. *It.* benefaciens, ἐπιεργής, *per metath.* B. B.

תִּיטִיּוֹ titio, torris. Amos 4, 11. רֻטָּבִיּוֹלִים rutabulum, verriculum
furni * *Pl.* Isa. 7, 4.

[* *Gratis* fumta rutabuli significatio. Sunt potius *Jef.* 7, 4.
עֲדֻשֵׁי תִיטִיּוֹ (sic enim in Polygl. punctatur) *titiones adusti.*]

לִבְיָדָי labrum, crater, conceptaculum aquae.

מְצֻטָּתִי fententia, voluntas, placitum. *For.* Gr. αὐδὴ.

לִיגִירִיתִי liguritio, gulofitas. B. B.

עֲדֻשֵׁי תִיטִיּוֹ Gr. ὀδηγός. אֲדֻשֵׁי תִיטִיּוֹ *ur. qs. ὀδηγητής vel ποδηγητής: quam-*
vis per אֲדֻשֵׁי תִיטִיּוֹ vertit B. B.

תֵּיָתֵר theatrum. [est haud dubie *graec.* θεῖον. T.]

טִּבְיָתֵר Gr. εἴδημα עֲדֻשֵׁי תִיטִיּוֹ tumor aqueus, apostema, *it.* doctor, docens.
B. *Serusch.*

עֲדֻשֵׁי תִיטִיּוֹ et אֲבִיסָתִי dolor, molestia, tormen. B. B.

עֲדֻשֵׁי תִיטִיּוֹ Gr. ἀνδριάς, statua. B. B.

תִּבְיָתֵר Gr. ὕδνα, tuber.

עֲדֻשֵׁי תִיטִיּוֹ tumor, *vel* apostema, cuius humor similis est albumini oui. B. B.

הוֹי heu! vae! *c.c.* וְ, וְ et וְ Jud. 11, 35. 2 Reg. 3, 10- c. 6, 15.
Joel. 1, 15. *Est vox* opem implorantis, *it.* fastidientis, *aut* dete-
stantis. B. B.

לִיבְיָדָי ὀψώνια B. B.

עֲדֻשֵׁי תִיטִיּוֹ temere, praepostere, incuriose.

עֲדֻשֵׁי תִיטִיּוֹ Gr. αὐτόματον.

עֲדֻשֵׁי תִיטִיּוֹ Gr. αὐτοσχέδιως.

עֲדֻשֵׁי תִיטִיּוֹ concessio scripto aliqua de re data.

עֲדֻשֵׁי תִיטִיּוֹ

מָנוּס * mansio. Joh. 14, 23. *pl.* Joh. 14, 2.

[* Susplicor, מָנוּס per Jud legendum esse vocabulum rarius: nunquam enim מָנוּ Syris est, habitare, nec sine magna anomalia cum Hebraico מָנוּ per Ain scripto conferri potest. Frequens autem Syrorum librariis, Jud et Nun, literas figura simillimas, inter se permutare. Sic referendum erit ad מָנוּ Arab. مَنُوس hospitio excipere, et, hospitari. Vide Spicilegium geogr. Hebr. T. I. p. 139-142.

מָנוּס receptaculum, canale. *It.* prudentia, sagacitas, consideratio.

B. B. trabs, truncus.

[מָנוּס Hunni. Scribitur promiscue per Olaph et He מָנוּס.]

מָנוּס euangelium מָנוּס euangelia. [Marc. 1, 1. Rom. 1, 1. 9.]

מָנוּס euangelista, euangelicus. *Plur.* מָנוּס euangelistae. [In subscriptione euangelii Johannis, et inscriptione Apocalypseos. Sch.]

מָנוּס eunuchus.

מָנוּס *Gr.* οἶνος, cuius 39 genera recensentur a B. B. et multo plura a Gorraeo.

מָנוּס *Pl.* מָנוּס vncia: duodecim מָנוּס *Cat. Patr. D. L.*

מָנוּס *v. in* מָנוּס

מָנוּס sicut, quemadmodum. *Gr.* ὡς. *it.* radix nymphaeae. B. B.

מָנוּס οὐσία, essentia, substantia. *Pl.* מָנוּס essentiae, substantiae, opes.

מָנוּס essentialis, substantialis. F.

מָנוּס aurum. B. B.

מָנוּס *Gr.* ἐσθῆθς.

מָנוּס aquae subterraneae.

מָנוּס Hypopios B. B.

מָנוּס *secundum Gabriel apud B. B.* laurus.

ἡποχῆμα hypochyma.

ἡποχῆμα et ἡποχῆμα hypochondria.

ἡποχῆματα Gr. ὑπομνήματα.

ἡποχῆμα tutia.

ἡποχῆμα crocus iam paratus.

ἡποχῆμα hypophefis.

ἡποχῆμα allium siluestre.

ἡποχῆμα pergula, tugurium. [ὀπωροφυλακίον]

ἡποχῆμα vitium sedis, vel fundamenti: forte ab ἡπο.

ἡποχῆμα constitutio limitis.

ἡποχῆμα caupones.

ἡποχῆμα opium.

ἡποχῆμα et ἡποχῆμα ἵπποτρόφος.

ἡποχῆμα et ἡποχῆμα opium.

ἡποχῆμα ἡποχῆμα vinum pyrorum.

ἡποχῆμα ὀπλαί, vngulae.

ἡποχῆμα rotae, decreta. [Referendum potius ad rad. ἡπο]

ἡποχῆμα pisces, signum zodiaci. [Ex Graeco ὀψάριον.]

ἡποχῆμα interanea B.B.

ἡποχῆμα amphora. F. lutum, quo fictilia finguntur.

ἡποχῆμα vinum Medicum.

ἡποχῆμα Galla. B. B.

ἡποχῆμα oeconomi, procuratores. 3 Esr. 4, 47.

ἡποχῆμα proximus, aconitum. B. B.

ἡποχῆμα ephippium; Ital. Arcione.

ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ et **ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ** * f. anchora. Act. 27, 29. 40. Hebr. 6, 9. *it.* bolis, perpendiculum nautarum. Act. 27, 28. ferrum dentale. Humida natura. B.B.

[* Scribunt alii **ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ** et **ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ** per Rebotzo. Estne a **ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ** *firmus fuit?*]

ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ mare tranquilum. *

[* *Oceanus.* Bar Ali explicat: *mare quod circumdat mundum, mare quietum quod nec navigatur nec ventis mouetur, quale est id quod terram circumdat. Nec tamen semper ita fabulose accipitur. Vid. chrest. p. 17. vbi Arabiae pars exprorecta dicitur ad mare magnum, quod circumdat orbem habitabilem, vocatusque ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ. Mallem punctari ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ*]

ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ Oxyfchoenus.

ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ reticulum, indumentum muliebree.

ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ fordes aurium, marmoratum, cerumen.

ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ c. Aër. Pf. 18, 12. 1 Cor. 9, 26. *Pl.* **ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ** vel **ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ**

ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ aerius.

ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ lumen Patrum. *B. B.*

ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ alapa. *it.* *Nomen loci.* **ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ**, *At in nostris bibliis ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ* Genes. 15, 7. *h. e.* Cuthi rabba. *Eius significatio est, ardet ignis. Al. ciuitas sacerdotum, (teste Honain) quae ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ et ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ dida.**

[* Loqui videtur Castellus, seu is ex quo haec excerpfit, de **ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ** quae vrbs vicina est vrbi Naharmale. Vide Abulfedam n. 286. Verba eius excerpfi in suppl. p. 1256.]

ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ et **ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ** orobus.

ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ nigro *sue* rufo et albo colore mistus. *Pl.* **ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ** *it.* Berylli, margarita, bdellia. **ⲓⲟⲩⲓⲛⲏⲩⲟⲩ** praecedentium colorum mixtura.

[* Suspisor, ad rad. **אז** potius referendum esse, quae est Hebraeis, *texere*. A textura dicta et variorum colorum mixtura, et forte gemma. Cuius autem gemmae nomen sit, id Castello credi non fas est, cum plurium gemmarum nomina ponens ipse prodatur, nihil certi sibi compertum fuisse. In Bar Ali haec modo reperio: **الملك والشهب** *ex albo et nigro mixtum, et bicolor*. Forte gemmae nomen in Bar Bahlul reperit, sed cum Bar Ali eo careat, suppetias ferre nequeo. Plura nomina si posuerit Bar Bahlul, ipse coniecere potius quam scire videbitur. Suspisor, alicubi ab aliquo pro **ברלח** Hebraico positum fuisse, cumque ignoraretur vocabuli Syriaci significatio, eas voci significationes a lexicographis attributas esse, quae Hebraico **ברלח** dari solent. Hoc si me non fallit, sique est interpretatio Hebraici **ברלח**, forte erit onyx, a ftria quae gemmam mediam transit nomen *bicoloris* sortita.]

אז et **אז** Organum. Origanum, mentastrum, catamintha montana: *Al. hyssopus. Scribitur etiam* **אז**.

אז instrumentum halitus. *

אז mensurae genus. *Arab. المودى*

אז et **אז** vide in **אז**

אז factor.

אז collyria.

אז volucris. [*Gr. ὄρνις*.]

אז Ruha. * *v. אה*

[* I. e. Edessa. Punctatur **אז**. Detruncatum nomen ex Graeco Calirrhoe: huiusque truncati nominis deriuata sunt, *Orrhoenus* et *Osroenus*, itemque totius regionis nomina, *Orrhoene* et *Osroene*. *Aff. B. Or. Tom. I. p. 470*. Male alii nomen hoc ad **אז** retulerunt. Vide nostrum geogr. Hebr. spicilegium T. I. pag. 221. 224. 225. In chronico Edesseno Edessa semper **אז** vocatur.

ⲟⲓⲟⲓ viriditas parietaria.

ⲓⲟⲓⲟⲓ Oryza.

Ⲡⲓⲁⲓⲟⲓ Pedilis.

ⲓⲟⲓⲟⲓⲟⲓⲟⲓ coturnix. [Ορτυγομήτρα]

[ⲓⲟⲓⲟⲓ Iberi. *Affeman. Bibl. Or.* T. I. p. 275. not. 2.]

Ⲡⲓⲟⲓ Urias. Tempus prae tempore Praefere. *Pl.* ⲓⲟⲓⲟⲓ et ⲓⲟⲓⲟⲓⲟⲓ

ⲓⲟⲓⲟⲓⲟⲓ deuictus ab aduersario.

ⲓⲟⲓⲟⲓ et ⲓⲟⲓⲟⲓ Bonus, excellens.

ⲟⲓⲟⲓ horizon.

ⲁⲟⲓⲟⲓⲟⲓ *Euro-aquilo*. *

[* *Suspikor*, ⲁⲟⲓⲟⲓⲟⲓ scribendum, vertendumque Euronotus.

Non Castellus peccauit, sed qui ei praeiuit lexicographus Syrus, Graeca interpretari adgressus, quae non satis intelligebat. Pro *Εὐροκλυδων* Act. XXVII, 14. codex Alex. et Vulg. habent, *εὐρακλύων*: idne alii in *Εὐροστός* mutarunt, quod praecedere videbant, *ὑποπνεύσαντος δὲ Νότου*, receperuntque in versionem Syriacam aliqui codices?]

ⲓⲟⲓⲟⲓ superioris poli altitudo. *Novar.* 318. *Arab.* افق لفلک

ⲓⲟⲓⲟⲓ pulcritudo. *Al.* Pulcher oculi nictus. *i. q.* *Copticum* ⲟⲩⲣⲓⲕⲓ.

ⲓⲟⲓⲟⲓ plexus, nexus capillus. Mons altus.

ⲁⲟⲓⲟⲓⲟⲓ genus propinquum.

ⲁⲟⲓⲟⲓ aqua purgata sanguine.

ⲁⲟⲓⲟⲓ sponfus et sponfa..

ⲓⲟⲓⲟⲓⲟⲓ circumspectus, cautus. *Pl.* ⲓⲟⲓⲟⲓ. [ⲓⲟⲓⲟⲓⲟⲓ vide ⲁⲟⲓ

ⲟⲩⲣⲓⲕⲓⲟⲓ Euroclydon. Act. 27, 7.

ⲓⲟⲓⲟⲓⲟⲓ Hierusalem. ⲓⲟⲓⲟⲓⲟⲓ Hierosolymitanus.

ⲓⲟⲓⲟⲓ v. in ⲁⲟⲓ

כספא v. ספא

כספא calceolarius, ocrearius, *vel eiusmodi alius artifex*: i. q.
Chald. אשפור Heb. אומן.

כספא i. q. כספא et כספא Gr. ἀσθάνης.

כספא primus. B. B.

כספא tenebrae, profunda caligo.*

[* Suspicio, ad כספא referendum esse. Sumfit Castellus vocabulum eiusque interpretationem ex Bar Bahlul, non etymologice verba disponente. Forte hinc illustrari poterit obscurum vocabulum Hebr. אשמנים Jes. 59, 10.

כספא et כספא i. q. Chald. אב־שרתא, auctoritas, dominatio, potestas in alium.

כספא rectitudo. B. B.

כספא Gr. ἀρετήτης.

כספא pilus pubis. B. B.

כספא i. q. Ar. ارب pumilio.

כספא bubalus admiffarius: admiffarius retrocedens, recalcitrans.

כספא F. כספא B. B. taurus maior, bubalus. B. B.

כספא i. q. Ar. * it. monile, torques. i. q. Syr. כספא

[* i. e. aedificii genus oblongum et fornicatum, porticus instar.]

כספא annulus ianuae, manus extera. [Σύγγραμμα]

כספא fullonum herba. Ar. كشمش

כספא * legatus, nuntius. Eph. 6, 20. Pl. Genes. 32, 3. 6. et 49, 21. Num. 21, 21. et 22, 15. Luc. 14, 32. et 19, 14. כספא idem.

[* Soli habent Syri et Chaldaei: ignorant reliquae linguae fororiae.]

ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ legatio, apostolatus.

ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ acies, vis, robor, libertas animi.

ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ i. q. Ar. آزاديخت *Azadiracht*. *Perfice sonat*, libera arbor: fructum ea ramosum fert, mespilis aconiiis haud dissimilem colore et forma, noxium vero et exitialem. *Venetii et Patavii in monasteriis mulieres appellant*, arbor dali Pater nostri, quia ex offibus albis fructus eius fiunt globuli precarii.

ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ i. e. q. Ar. اغلا B. B. *

[* i. e. locus depressior, palus. Suspicor, aliquid hic erroris subesse, nec dubitare desinam, donec exemplum adferatur.]

ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ i. q. Ar. نط B. B.

ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ abiit, profectus est. Pro fuit. Matt. 9, 9. Luc. 5, 25. Joh. 9, 11. et 18, 6. Part. ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ abiens. Matt. 2, 9. et 26, 58. it. commodus, utilis. Num. 32, 1. 4. Matt. 5, 13. ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ prodest ei. Prov. 17, 16. Cant. 7, 9. Ezech. 15, 4. 5. diffluens 1 Sam. 14, 19. Pl. Gen. 27, 45. 1 Tim. 5, 24. *Afel* Act. 16, 16. *Inf.* Joh. 6, 67. Act. 20, 3. *Imp.* ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ abi. Act. 9, 15. 28, 26. ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ abi. Gen. 12, 1. Matth. 16, 23. *Fut.* Marc. 5, 17. Luc. 11, 5. et 13, 33. Act. 17, 15. *Observat Ferrarius, hoc vocabulum, cum significat, ire, Lomad in pronuntiatione occultare, at secus, cum denotat, prodesse.*

ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ ambulans.

ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ profectus, abitio.

ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ idem. B. B.

ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ rete. *

[* Pro ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ ab ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ *neuit*. Apud Syros Olaph et Ee nonnunquam permutantur. Vide grammat. p. 69. Chaldaeis quoque ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ est, texere. Vide Buxtorf. lex. Chald.]

ܘܠܘܢܘܩܘܠܘܬܐ

ܦܘܢܝܘܬܐ profectio. ܦܘܢܝܘܬܐ ܦܘܢܝܘܬܐ peregrinatio pia. ܦܘܢܝܘܬܐ
 profectio in bellum. F.

ܦܘܢܝܘܬܐ rota, sphaera, circulus. ܦܘܢܝܘܬܐ Color. i. q. Ar. اللون

ܦܘܢܝܘܬܐ Horizon. Off. Mar. 108.

[* ܦܘܢܝܘܬܐ] Huc referendum nomen ܦܘܢܝܘܬܐ *cingulum crassius ac vile*,
 Jes. III, 24. Castellus posuit sub ܦܘܢܝܘܬܐ]

ܦܘܢܝܘܬܐ regio Ruhanensis, Batnan, Charan, et loca ei adiacentia.
 B. B. [Osrhöene.]

ܦܘܢܝܘܬܐ v. in ܦܘܢܝܘܬܐ.

ܦܘܢܝܘܬܐ patruus, patruelis, ex ܦܘܢܝܘܬܐ et ܦܘܢܝܘܬܐ frater patris.

ܦܘܢܝܘܬܐ cepit, tenuit, detinuit, retinuit, contraxit, apprehendit. Matth. 26,
 50. 57. Mar. 7, 3. 8. Luc. 4. 36 et 7, 16. Act. 7, 58. clausit, oclufit
 Gen. 19, 6. 10. Pf. 69, 16. occupavit 1 Macc. 6, 63. continuit, cohibuit,
 Jac. 1, 26. possedit, dominatus est, 1 Sam. 9, 17. Pf. 72, 8. accensus,
 incensus est, Pf. 39, 4. * proposuit *aenigma*, Jud. 14, 12. edisseruit *ae-*
nigma Dan. 5, 12. fascinauit 2 Paral. 33, 6. ** *Part.* Marc. 2, 2. Luc.
 14, 9. Jac. 1, 26. *P.P.* Sap. 14, 19. Luc. 3, 17. Act. 3, 11. Cant. 3, 8.
 ܦܘܢܝܘܬܐ † omnia continens, omnia possidens, omnipotens, 2
 Cor. 6, 18. Hebr. 1, 3 et 2, 14. *Pl.* Luc. 8, 15. Joh. 20, 19. 23. 26.
 Act. 9, 8. *Aff.* Rom. 3, 9. 2 Cor. 4, 1 et 6, 10. *Inf.* Luc. 11, 54.
 Joh. 7, 30. *Imp.* Ezech. 17, 2. Matth. 6, 6. et 26, 48. *Pl.* Pf. 2, 11.
 Marc. 14, 44. *Fut.* Deut. 15, 7. 1 Sam. 9, 17. *c. c.* ܦܘܢܝܘܬܐ dominabitur.
 Luc. 13, 25. Joh. 20, 23. 2 Theff. 3, 15. *absque* ܦܘܢܝܘܬܐ Levit. 25, 35. *Ethpe*
 ܦܘܢܝܘܬܐ clausus, obferatus, apprehensus, deceptus est, Matth. 25,
 10. Luc. 4, 25. Act. 2, 24. *Part.* Prov. 10, 8. ܦܘܢܝܘܬܐ clausus, in-
 clufus. *Fut.* Prov. 11, 6. *Pael* ܦܘܢܝܘܬܐ hallucinari fecit. *Ethpa.* i.
 q. Ethpeel, Neh. 7, 3. c. 13, 19. *Aphel* ܦܘܢܝܘܬܐ accendit, †† locauit,
 tradidit

tradidit se alteri, applicuit. Gen. 2, 21. Matth. 21, 33. 41. Luc. 20, 9. et 22, 55. Act. 28, 2. *Part.* Deut. 18, 10. *Ethaph.* אֵשׁ בְּיָדוֹ clausus, accensus, prehensus, retentus, traditus est. *F.*

[* Nonnihil hic erroris. אֵשׁ per se positum non est, accendi, sed constructum nomine ignis, aut accendere aut accendi, (nam et hoc in incertis,) significat. אֵשׁ בְּיָדוֹ est, *corpus meum prehendit* i. e. *inflammavit ignis*, aut, si aliis punctis legas, אֵשׁ בְּיָדוֹ *in corpore meo concepti ignem.*]

[** Non אֵשׁ per se est fascinare, sed cum חָמְלָא constructum. Pro Hebraico עֵינָי Syrus posuit אֵשׁ בְּיָדוֹ siue, *defixit oculos*, siue, vt Arabs vertit, *cepit oculis*, أَخَذَ بِالْعَيْنَيْنِ. Nisi fallor, עֵינָי retulit ad rad. עָוַן *obliquis oculis obseruare*, 1 Sam. 18, 9. putauitque de fascino, quem oculo maligno tribuere solent orientales, sermonem esse. Sic tamen, fecus quam factum est in polyglottis, singulariter חָמְלָא punctandum erit: nec enim *oculos*, sed *oculum malignum*, inuidiam et fascinum vocare Orientales solent.]

[† De his non fatis dilucide dictis sic habe:

Part. Peil אֵשׁ duplicem vim habet, passiuam, *clausus, detentus*, Joh. 20, 19. 26. Luc. 24, 16. et actiuam, *tenens, habens, claudens* etc. Exempla petes a Schafio. Hinc

אֵשׁ כָּל et אֵשׁ כָּל, proprie, *tenens vel habens omnia*, est Graecum παντοκράτωρ, pro quo in N.T. poni solet. Παντοκράτωρ autem non verti debebat, omnipotens, sed potius, *omnium rerum dominus, uniuersi monarcha*, vt κοσμοκράτωρ est mundi dominus. In vetere testamento non solet אֵשׁ occurere vbi LXX habent παντοκράτωρ, quia Syriaca versio non facta est ex Graeca, sed ex Hebraico: vbi ergo LXX pro Hebraico צְבַחַת παντοκράτωρ, Syrus interpres, non eos sequutus, אֵשׁ כָּל habet.]

[†† Non אֵשׁ simpliciter positum, sed constructum cum אֵשׁ, est, *accendit ignem*: Luc. 22, 55. Act. 28, 2. — Suspicabar olim

legendum; sed suspicari desii, in Philoxeniana etiam versione
Luc. 22, 55. inueniens $\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$.]

$\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ / $\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ imperium, potestas, possessio. * Num. 27, 7. Isa.
9, 1. et 11, 15. Dan. 8, 23. 25. 1 Petr. 5, 11. *Aff.* Luc. 2, 1. Pf. 2, 8.

[* Pf. 47, 10. videtur aut, *potentem*, aut *possessorem* significare.
Ponitur pro Hebraico מָוֹךְ , quod LXX κραταιοὶ reddiderant: Arabs
autem Maronita Syriacum vocabulum *reges* vertit, vt $\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$
intellexisse videatur, *possessores dominosque terrae.*]

$\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ aenigma, problema. Jud. 14, 12. Ezech. 17, 2. *Pl.* Dan. 5, 12.
Habac. 2, 6. *Aff.* Prov. 1, 6.

$\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ fera. *subst.*

$\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ ianua, ostium, fores repagulum. *Pl.* *Aff.* Prov. 18, 19.

$\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ apprehendens, comprehendens.

$\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ / $\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ et $\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ apprehensio, comprehensio, inclusio.
 $\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ perfugium, refugium. *Fl.*

$\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ *idem.* $\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ et $\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ apprehensio manus, $\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$
obtusus oculorum. $\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ perfugium.

$\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ vncinus, fibula. *Pl.* Exod. 28, 13.

[Singularis punctandus potius $\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$. Pluralis scribitur $\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$]

$\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ flamma. *F.*

$\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ vnitus, coniunctus. $\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ vnitio, coniunctio, comparatio.

$\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ vnus, *v. in* $\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$

$\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ dominii atque potestatis promotor, qui vnit et dilatat im-
perium. *B. B.*

$\text{ܩܘܿܕܰܡܰܘܰܠܰܝܰܢܰܝܰܝܰܐ}$ frater. Eph 6, 21. Jac. 1, 9. *Aff.* Matth. 12, 50. Rom. 14, 10. 13-
21. Joh. 11, 19. 23. *Pl.* Luc. 18, 29. Act. 12, 12. *Aff.* Matth. 25,
40. Act. 23, 1. 6. Jac. 1, 16. 19. Heb. 2, 11,

أُمُّ foror. Luc. 10, 39. *Aff.* Act. 23, 16. *Pl.* أُمُّ Matth. 13, 56.

Marc. 10, 29. 30. 1 Tim. 5, 2. أُمُّ أُمُّ amita. Levit. 20, 19.

أُمُّ أُمُّ matertera. *ibid.*

أُمُّ أُمُّ fraterculus. أُمُّ أُمُّ أُمُّ أُمُّ fraterculus paruulus.

أُمُّ أُمُّ fraternitas. أُمُّ أُمُّ أُمُّ أُمُّ φιλadelphία. 2 Pet. 1, 7.

أُمُّ أُمُّ cognatus, consanguineus, patruelis. Joh. 18, 26. Rom. 16, 11.

Fem. أُمُّ أُمُّ *Aff.* Luc. 1, 36. *Pl. Aff.* Marc. 3, 21. Luc. 14, 12. c. 21, 16. Rom. 16, 7. 21.

أُمُّ أُمُّ cognatio, consanguinitas. أُمُّ أُمُّ أُمُّ أُمُّ *id.* Sapiens.

8, 17. أُمُّ أُمُّ أُمُّ أُمُّ affinitas, similitudo sermonis. *B. B.*

أُمُّ أُمُّ consiliarius. *B. B. **

[* Error esse videtur librarii. In exemplo Bar Ali, quod bibliotheca academica habet, nomen أُمُّ أُمُّ non reperio, sed eius loco verbum أُمُّ أُمُّ (videbo) quod explicatur per Arabica, انظر وارا واقشع]

أُمُّ أُمُّ viuificatus est. [Refer. ad أُمُّ أُمُّ]

أُمُّ أُمُّ, أُمُّ أُمُّ herba, quae detergendae cuti teritur in puluerem, alkali. *Forte a* أُمُّ أُمُّ terfit. Sufan. 17.

أُمُّ أُمُّ licitum fecit. *v.* أُمُّ أُمُّ

أُمُّ أُمُّ euge. *vid.* أُمُّ أُمُّ

أُمُّ أُمُّ *etc. v.* أُمُّ أُمُّ

أُمُّ *Aphel* أُمُّ أُمُّ distulit, cunctatus est, commoratus est. Gen. 32, 4.

Matth. 25, 25. *Part.* Matth. 24, 48. Luc. 12, 45. 1 Tim. 3, 15. *Fut.* Heb. 10, 37,

أُمُّ أُمُّ, أُمُّ أُمُّ alius. *Prima* litera } non pronuntiatur, ideoque linea subducitur: Joh. 12, 35. et 13, 33. Matth. 13, 24. 33.

Luc. 13, 13. Act. 4, 12 et 12, 17. Rom. 13, 9. *it.* adhuc, Joh. 13, 33. *Fem.* [ܐܘܢܝܢܐ] [ܐܘܢܝܢܐ] alia. Matth. 2, 12 et 10, 23. Jac. 2, 15. *Pl.* [ܐܘܢܝܢܐ] / [ܐܘܢܝܢܐ] alii. Genes. 8, 10. Matth. 4, 21. Act. 26, 17. *Fem.* [ܐܘܢܝܢܐ] / [ܐܘܢܝܢܐ] aliae. Genes. 41, 3. Matth. 11, 45. Luc. 3, 18. [ܐܘܢܝܢܐ] postremus, vltimus, nouissimus. Matth. 5, 27. vide *L. de Dieu* in locum. Joh. 6, 39. 44. 54. Act. 27, 41. *Fem.* [ܐܘܢܝܢܐ] extrema, extremitas, posterior. Matth. 27, 64. Luc. 14, 9. *Aff.* 1 Reg. 7, 25. *Pl.* Matth. 19, 30. 1 Cor. 4, 9. [ܐܘܢܝܢܐ] id. *Fem.* [ܐܘܢܝܢܐ] [ܐܘܢܝܢܐ] tandem, postremo. *F.* [ܐܘܢܝܢܐ] contra, e contrario, vltimo, postremo, tandem. Gal. 2, 7. fecus, 1 Tim. 5, 25. [ܐܘܢܝܢܐ] postea, postremo, tandem. Gal. 2, 7. Marc. 16, 14. [ܐܘܢܝܢܐ] finis. Matth. 26, 58. Luc. 21, 9. [ܐܘܢܝܢܐ] tandem, postremo. Gen. 32, 2. Luc. 20, 32. [ܐܘܢܝܢܐ] id. Luc. 4, 2. Hebr. 3, 6. *it.* felix exitus. Jerem. 11, 23. *Aff.* Num. 23, 10. 13. Jos. 15, 1. 1 Paral. 36, 10. Luc. 11, 26. 2 Cor. 11, 15. [ܐܘܢܝܢܐ] mora, cunctatio, poenitentia. *Aff.* Luc. 1, 21. [ܐܘܢܝܢܐ] *ita Ms. Armachan,* et [ܐܘܢܝܢܐ] Alienigena. 3 Edr. 8, 70. 71. [ܐܘܢܝܢܐ] / [ܐܘܢܝܢܐ] Schafel ab [ܐܘܢܝܢܐ] cum deriuatis, quaere sub [ܐܘܢܝܢܐ]

[ܐܘܢܝܢܐ] rhamnus. *B. B.* [ܐܘܢܝܢܐ] v. ܕܡܢ.

[ܐܘܢܝܢܐ] infinitus, a, um. *B. B.*

[ܐܘܢܝܢܐ] / [ܐܘܢܝܢܐ] densus, a. planus: solidus, absque cauitate. * *B. B. Pl.* 1 Reg. 6, 4.

[* Non bona interpretatio. Quae sint fenestrae [ܐܘܢܝܢܐ] multo melius ex Ephraemo dicitur. Hic quidem Syriaca [ܐܘܢܝܢܐ] [ܐܘܢܝܢܐ] interpretatur, [ܐܘܢܝܢܐ] / [ܐܘܢܝܢܐ], *fenestras duplici facie*, id est, vt ex sequente

sequente adparet mystica interpretatione, hinc angustiores, inde patentiores. Ita et Arabs interpretatus est: ضيقة من خارج واسعة من داخل, *extus angustas, intus amplas*. Idem Ephraemus in interpretatione spirituali [אֲפֻסָּה] [אֲפֻסָּה] eos esse dicit, *quibus sol iustitiae tenuiore luce quasi die adhuc dubia fulgeat*. Nempe [אֲפֻסָּה] est, *constringere, velare*, hinc Syris [אֲפֻסָּה] *fenestra arctior*, plane vt Hebraeis.]

[אֲפֻסָּה] atomus, substantia indiuisibilis. Corpus, cadauer. B. B.

[אֲפֻסָּה] aequalatera, latera aequalia. B. B.

[אֲפֻסָּה] corrupte i. q. Graecum ἀγωνιστήριον.

[אֲפֻסָּה] lingua Attica.

[אֲפֻסָּה] Ituraea. Luc. 3, 1. Nomen vero Ieturi, filii Ismaelis, a quo Ituraea dicta, seruat literis Hebraeis. [אֲפֻסָּה] sine Olaph scribitur Genes. 25, 1. 1 Paral. 1, 31. sphalma enim manifestum, quod ibi in Polyglottis [אֲפֻסָּה] legitur, Jud in Nun mutato, qui error innumeris locis Polyglotta contaminauit.]

[אֲפֻסָּה] minime turbatus. B. B. [ἀτάραχος.]

[אֲפֻסָּה] aurangia, mala aurea. Levit. 25, 40.

[Chaldaei et Arabes per n scribunt, אַתְרַגַּא, אַתְרַגַּא quod verius existimo.]

[אֲפֻסָּה] princeps exercitus.

[Deprauatum, forte a librariis, ex [אֲפֻסָּה]]

[אֲפֻסָּה] Atriplex.

[אֲפֻסָּה] Plassa dulciaria. Triticum. Atriplex. B. B.

[אֲפֻסָּה] quae illa?

[אֲפֻסָּה] Ianuarius B. B.

[Errore librarii consueto, pro [אֲפֻסָּה]]

ܘܘܠܘܫܘܠܘܢ Gr. ἐφοβία.

ܘܘܠܘܠ et ܘܘܠܘܠ Turcia. ܘܘܠܘܠ Turcae.

[Suspitor, vitium scriptioſionis eſſe, pro ܘܘܠܘܠ. Vide infra ܘܘܠܘܠ ſub Jud. Forte error inde ortus, quod aliqui pro Gomal, Coph ponerent, ܘܘܠܘܠ, quod ܘܘܠ imperiti librarii in ܘܘܠ mutarunt; idem tamen inuenio in lex mſcr. Bar Ali, quod habet biblioth. Goettingenſis.]

ܘܘܠܘܠ ἢ φορὰ, εὐφορία.

ܘܘܠܘܠ et ܘܘܠܘܠ v. ܘܘܠܘܠ.

ܘܘܠܘܠ Furfures tritici.

ܘܘܠܘܠ Ignatius: ἡ δ. vestitus Dei. B.B.

ܘܘܠܘܠ quae, qualis. f.g. Plerumque ponitur ſequ. 2 niſi interroget.

ܘܘܠܘܠ manus, v. in ܘܘܠܘܠ

ܘܘܠܘܠ menta.

[ἠδύσμον. Vocabulum peregrinum, forte ſerius receptum: aliter enim ſuae linguae vocabulo, ܘܘܠܘܠ vertit interpres, nec antiquus ſolum, ſed et recentior, Matth. 23, 23.]

ܘܘܠܘܠ et ܘܘܠܘܠ lens amara.

ܘܘܠܘܠ laurus.

ܘܘܠܘܠ collyria alba.

ܘܘܠܘܠ portulaca. B.B.

ܘܘܠܘܠ Hiera, medicamenti genus.

ܘܘܠܘܠ Anemone.

ܘܘܠܘܠ, ܘܘܠܘܠ ἔϋ, ἔϋγε, interiectione gaudentis et laudantis Matth. 25, 21.

23. Luc. 19, 17.

ܘܘܠܘܠ Icon.

ܘܘܠܘܠ εὐλαβής. ܘܘܠܘܠ et ܘܘܠܘܠ εὐλάβεια.

ܘܘܠܘܠ

Julius mensis.

